

sentaneum, vt diligentem se quisque diligat, et beneficij accepti immemor nequaquam existat, Jdcirco hac inductus consideracione beneficiorum atque dilectionum, michi per venerabiles patres, vpsalensis ecclesie videlicet prelatos, a retroactis temporibus, beneuole factos, inmemor esse nolens Tenore presencium ad noticiam omnium volo deuenire, quod ob remedium anime mee parentumque meorum, ex consensu et voluntate expressa, dilecti fratri mej, Domini Birgeri legiferi vplandensis Curiam meam Hambra cui duodecim ore terre subiacent, secundum computacionem wlgarem et sedecim solidos terre in villa Æluerstum, parochie botuidhe kirkiu, dýocesis strengienensis situata, cum agris, pratis, siluis et piscarijs, et omnibus alijs mobilibus et inmobilibus bonis, ad illa qualitercumque pertinentibus, Titulo donacionis inter viuos facte, do, confero, et assigno, ecclesie vpsalensi, Jure perpetuo possidenda, Ju's omne, proprietatem, dominium, et possessionem michi in predicta Curia Hambra, predioque Æluerstum supradictis, ac alijs omnibus et singulis, in eisdem bonis vsque ad hec qualitercumque attinentibus, in ecclesiam vpsalensem exnunc transferens, et translata esse denuncians per presentes, Que omnia in manibus Reuerendi patris domini Mei Nicolai dej gracia, eiusdem ecclesie archiepiscopi, presentibus dilecto fratre meo predicto, domino Birgero legifero, Ac alijs quampluribus discretis, libere dimisi et eidem nomine ecclesie vpsalensis pleno jure assignauui, Jn huius autem mee donacionis dimissionis et assignacionis euidentiam. Memoratique fratribus mej domini Birgeri legiferi, expressi consensus testimonium vna cum sigillo meo, sigillum ipsius presentibus est appensum, Actum apud ecclesiam Bredh, anno domini Millesimo. ducentesimo. Nonagesimo, Octauo, Sabbato ante Dominicam passionis proximo.

Sigillen hafva varit fästade på remvor, klippta ur brefvet; blott ett fragment af N:o 2 är qvar.

1223.

1298 d. 27 Mars.

Arnö.

JOHAN ENGELS, JOHAN INGEWALDSSONS och MAGNUS GREGERSSONS öfverenskommelse med Ärke-Biskopen i Upsala rörande fullgörandet af Kaniken Carl Erlandssons testamente.

A. 3. a. 4.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis JOHANNES dictus ANGELUS, JOHANNES INGUALDSSON legifer sudhermannie Responsalis fulkonis & MAGNUS GREGORISSON Responsalis filii sui petri, salutem in domino sempiternam. Ad vnuuersorum noticiam tenore presencium volumus deuenire Quod nos tractaturi de Testamento domini Karoli Erlendson, bone memorie Canonici quondam ecclesie vpsalensis, conuenientes cum venerabili patre domino Ni-

colao miseracione diuina, archiepiscopo vpsalensi, determinauimus & diffiniuimus infra scripta, que rata volumus inuiolabiliter permanere, Jn primis juxta ordinacionem predicti domini Karoli, dimittimus ecclesie vpsalensi, medi-am villam Baldingstadhum cum medietate bonorum omnium mobilium & immobilium ibidem, & molendinum in adhelustum, secundum modum & formam, prememorati testamenti jure perpetuo libere possidenda, Item ecclesie simbatunum, dimidiam Marcham terre, in villa Thigibili, in parochia balding-stum, quam sepedictus dominus Karolus eidem ecclesie restituit & persoluit, Item domui pauperum vpsalie, dimittimus vnam Marcham terre, in ter-ris minutis, dictis vniordh, que fuerunt dicti domini Karoli in haghundi & laghundi, Si vero dicte terre ad quantitatem vnius Marche terre illic in-uente non fuerint, volumus quod defectus huiusmodi suppleatur per terras alias minutas eiusdem, in alijs locis, jta tamen quod si dictam domum dei adnichilari contigerit, terra predicta vna cum terris quas dominus Magnus joansson pro dicta domo deputavit, ad nos vel heredes nostros, abs-que contradiccione qualibet reuertantur, Item conuenimus cum predicto patre, quod ratione legatorum aliorum in eodem testamento, monasterijs, eccl-eysijs, vel alijs pijs locis aut personis quibuscumque, deputamus Centum vi-ginti Marchas den. visualis monete, distribuendas, prout ei & domino Andree preposito ibidem, justum videbitur, & anime defuncti Judicauerint expedi-re, pro qua pecunie summa sibi Curiam bierghar, in færingøum, obliga-mus & in pignoram us redimendam ad ultimum per nos vel nostrorum ali- quem, in nundinibus dictis Kyndelthing, nunc proximis que si tunc redemp-ta non fuerit, volumus quod dicte Curie possessio simul & proprietas, ad supradictum dominum archiepiscopum, extunc deuoluatur, jta tamen, quod quantum dicta Curia secundum estimacionem bonorum hominum ultra valuerit, Tantum nobis per eundem dominum archiepiscopum refundatur, jnsu-per & fructus, de dicta curia medio tempore prouenientes, in partem solu-cionis & redencionis eius volumus computari, Jn horum autem robur & euidens testimonium sigilla nostra, ac reuerendi viri Magistri andree prepo-siti vpsalensis, necnon & fratris israelis prioris sictoniensis, qui huic nostre ordinacioni presentes fuerunt presentibus sunt appensa, datum apud arnø anno domini M°. CC°. XC° VIII°. sexto Kal. aprilis.

Sigillen N:o 1, 3, 5 bortfallna; N:o 2, 4 skadade.